



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 6. Cur aquæ terram non obruant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

us aquæ fuisse subtiliores, quales nunc sunt pluuiiales; aut etiam his tenuiores, nempe qualis est vapor, aut nebula caliginosa;

Eccli. 24.

7.

Iob. 38. 9.

cùm ipsa diuina sapientia dicat: *Et sicut nebula texi omnem terram, & apud Iob, cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud, quasi pannis infantie, obuoluerem.* Talis ergo vel vapor, vel aqua, si totam terram operuit, vtique postea minorem locum occupauit crassata in falsum mare, ac spissum humorem. Quæ sententia, si de nebula & nube intelligatur, cogitandum est, terram initio factam fuisse,

Lucret.

lib. 5.

*Non alia longè ratione, ac sæpe videmus,  
Aurea cùm primùm gemmantes rore per  
herbas*

*Matutina rubent radiati lumina solis,  
Exhalantque lacum nebulam, fluitque  
perennes:*

*Ipsa quoque interdum tellus fumare vi-  
detur.*

*Omnia quæ sursum cùm conciliantur in  
alto,*

*Corpore concreto subtexunt nubila calum,*

§. VI.

*Cur aquæ terram non obruant?  
Verùm hæc opinio abit à ventorum  
proprio*

proprietate. Et si enim vapor, & nebula, ut  
 nubes re ipsa sint aquæ, ob tenuitatem ta-  
 men suam, non solent aquæ nomine voca-  
 ri. Quando ergo dictum est: *Congregen-*  
*tur aqua,* eiusmodi aquæ congregatæ sunt, Gen. 1. 9.  
 ut earum congregationes, non vapores,  
 non nebulæ, non nubes, sed *maria* appella-  
 rentur. His aquis prius non nebula vera,  
 sed velut nebula aut nube circumfusa, ter-  
 ra tegebatur. Quare, ut mundi Machina-  
 tor terram aquis liberatam, hominibus ad  
 habitandum præpararet, terram, quæ sub  
 aquis circumquaque æqualis erat, omni-  
 potenti virtute sua reddidit inæqualem,  
 eiusque & exteriorem figuram immutavit,  
 & viscera grandibus lacunis interrupit.  
 Itaque

*Sidebant campi, crescebant montibus altis* Lucret.

*Ascensus: neque enim poterant subsidere* loc. cit.  
*saxa,*

*Nec pariter tantundem omnes succumbere*  
*partes.*

Seu, ut sacer vates psallit: *Ascendant mon-* Psal. 103.  
*tes, & descendunt campi in locum, quem fun-* 6.  
*dasti eis.* Quemadmodum ergo, ante ter-  
 tium creationis diem, terra erat adobruta  
 aquis, & *abyssus sicut vestimentum amictus*  
T 5 eius,

*eius, super montes stabant aquæ (adeò multæ atque altæ erant) ita ab increpatione tua fugient (aquæ) ait idem vates, a voce tonitruui tui formidabunt. Vox tonitruui, hoc est, potentissima erat: Congregentur aquæ, quæ sub calo sunt, in unum locum, & appareat arida. Hac voce dirupta est terra, & imensas quasdam effecit, tum intra, tum extra se, cavitates, aggeresque, jecit; ut & moles essent fluctibus oppositæ, & fossæ, ac profundiores alvei, in quibus aquæ prius, per omnem terræ superficiem vndique æqualiter diffusæ, tanquam in vasis amplissimis, reciperentur; altioresque terræ montes, cumulos, & campos denudatos relinquerent. Illæ enim, quasi præ formidine, in fugam versæ, statim in locum sibi à Numine paratum confluxerunt; unde sine eius nutu non excurrunt. Qua de*

**Pl. 103. 9.** *caussa ibidem dicit Propheta: Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.*

**Idem Lucret. ibid.**

*His igitur rebus retractis, terra repente, Maxima quæ nunc se Ponti plaga carula tendit,*

*Succidit, & salso suffudit gurgite fossas.*

§. VII.

*Aquas terris non esse altiores, Non*